



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 64. Nova secta in Galliis exorta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

verba infra scripta :., ut autem accepti Sæc. XVIII.
 beneficii recordatio & cultus erga Ser- A.C. 1724.
 vatorem nostrum augetur in dies,
 officium proprium & Missam sub titulo
 sanctissimi Redemptoris, quæ Innocen-
 tius decimus tertius Romanus Pontifex
 omnibus utriusque sexus Christifideli-
 bus Venetiis existentibus, qui ad ho-
 ras Canonicas tenentur, singulis annis
 Dominica tertia Julii recurrente, reci-
 tanda concessit, Benedictus decimus
 tertius itidem Romanus Pontifex ad
 totum statum & Dominium Venetum
 extendit.,

§. LXIV.

Nova secta in Galliis exorta.

Calviniana hydra procreandis mon- Gottfrid. 1
 stris semper fœcunda hoc item anno cont. Hist.
 in Francia novum ejusmodi effudit l. 17. p. 830.
 partum; Montpellii enim, ubi Jan- 843.
 senii secta, infaustus Calvinismi sur- Hst. Univ.
 culus, liberius caput erigebat, nova Period. I.
 ac nefanda detegebatur secta, cujus pag. 201.
 afflæ sese *Levitas S. Spiritus* appelli-
 tabant. Hi cubicula habebant lineis
 albi coloris tapetibus ornata, & mat-
 tis culcitrisque stramentitiis instructa:
 Noctu sua, quæ vocabant *novam Sion*
 conventicula agebant, ac ritu suo sa-
 cris operaturi, ad exterius cubile, quod
Santa

Sæc. XVIII. *Sancta Sanctorum* appellabant, ingrediebantur, ubi erecta erat Ara, & cathedra ab ipsis *Sedes Eliæ* vocata, candelabrum in septem brachia extensum, ingens murcini operis vas, & gazophylacium reperiebatur: Non deerant, quos Sacerdotes appellabant, veterum Judæorum more vestitos, qui peracta re Divina ad sectarios suos hæc verba proferre consueverant; *ite ad cubiculum, crescite & multiplicamini*, quo dicto omnes ad præparatum procedebant cubile. Parvulos suos circumcidebant, simulque eos baptizabant, non tamen aqua, sed vino puro & adusto. Supremum eorum Sacerdotem vocabant *Jacobum Prophetam*. Postquam vero nefanda hæc Societas detegebatur, motu Franciæ Rex Roquelorio Duci in mandatis dedit, ut probrosam hanc sectarum sentinam dissiparet, atque ex urbe ejiceret: Non deerant tamen (& quosdam unquam impietati sui defuere Patroni) qui nefariam hanc pestem potenter protegerent, nihilominus tamen Regis jussa protinus executioni fuerunt data: Hæc ipsa monstrorum progenies Galli Regis vigilantiam excitabat, ut Calvinistis sectæ libertatem restringeret: cum enim natione Galli in exterorum Legatorum domibus ad Prædicantium declamationes convenire præsumerent.

Rex die decima tertia Mensis Maij e- Sæc. XVIII.
 dictum in omnibus Regni Provinciis A. C. 1724.
 promulgari iussit, quo vetitum, ne in-
 digenæ in his ædibus convenirent, in-
 dicta triremium pœna, necnon omnium
 bonorum proscriptione, & officiorum
 privatione: Querebantur vehementer
 Protestantium Principum Oratores, ac
 præcipue Fœderati Ordines, & Hasso-
 Casselensis Landgravius pro Calvinistis
 apud Regem deprecabantur; nil tamen
 amplius obtinere poterant, nisi ut illi,
 qui sese Regio decreto subicere renue-
 rent, emigrarent: quapropter plus-
 quam bis mille in sua secta pertinacio-
 res Mense Octobri e Galliis Amstello-
 damum, Lugdunum Batavorum & Rot-
 terodamum profugere, ipso Rege sibi
 plurimum aggratulante, quod Regnum
 suum ab hac colluvie sine strepitu ac
 tumultu expurgasset.

§. LXV.

*Horatii Philippi Spadae Cardinalis
 obitus.*

Nonnisi unicum ex Purpuratis, qui Vita Card.
 Spad. tom. I.
 pag. 322.
 hoc anno ex ergastulo carnis edu-
 ctus est, reperio. Erat is Horatius Phi-
 lippus Spada patria Lucensis. Hic a
 nobilissimis suis Parentibus septimo æ-
 tatis anno Romam ad Patrum suum
 joan-